ad. g. sicut. c. ad. e. f. per. 19. eiusdem. g. ad. b. sicut. d. ad. f. quare per diffi-  
ctionem proportio. a. ad. b. composta est ex ea que est. c. ad. e. f. ea que est  
d. ad. f. quod est propositum. **P** Nec est necessarium ut continuemus pro-  
portiones laterum uidelicet eam que est. c. ad. e. f. eam que est. d. ad. f. in  
minimis numeris repertis sive doctrinam precedentis ut docent quidam  
hoc enim est proposito preter necessarium. **C** Arguant enim posito  
q; illi minimi sint. h. k. l. itaq; sit. h. ad. k. sicut. c. ad. e. f. k. ad. l. sicut. d. ad  
f. proportionem. h. ad. l. esse compositam ex propositorum laterum pro-  
portionibus. **P** Sumptoq; g. fieri ex. d. in. e. arguant. a. ad. g. ut. h. ad. k. quia  
ut. c. ad. e. f. g. ad. b. ut. k. ad. l. quia ut. d. ad. f. ideoq; sive eam proportionem  
ad. b. ut. b. ad. l. concludunt igitur. a. ad. b. componi ex quibus. b. f. l. uo-  
quidem sed non necessario assumpto.

### Propositio .6.

**I**n numerorum quotilibet continue proportionali-  
um primus secundum non numeret nullus eorum  
numerabit ultimum.

**C**Sint. a. b. c. d. e. continue proportionales. dico q; si. a.  
non numeret. b. nullus eorum numerabit. e. Manifestum  
aut; estq; si ipsum numeret oī; numerabit. c. f. simpliciter



# Liber

quilibet precedens quilibet sequentem. **P** Si autem nō numerat ipsum patre g. d. non numerabit. e. nec simpliciter aliquis eorum proximo sequentem quia sunt positi continue pportionales. **P** Sed qd nullus alias ut. c. numeret ipsum sic constat. **C** Sunt autem sibi doctrinam secundum huius totidem minimi continue pportionales in pportione eadē quae sunt ipse. c. Et oēs sequentes qui sunt. f. g. h. eruntq. p. 3. huius. f. Et h. contra se primi; Et quia p equam pportionalitatem. c. ad. e. ut. f. ad. h. cum. f. non numeret. h. nec. c. numerabit. e. eodē mō nec aliq. alioz; quare liquet qd ppositum est.

## Propositio .7.



In numerorum continue proportionalium primus ultimā numeret: idem ipse et secundū numerabit. **C** Sint qui prius continue pportionales. dico si. a. numerat. e. ipse numerabit. b. alioquin ex premisa nō numeraret. e. quod est contrarium et impossibile. Non solum autem numerabit. b. sed et oēs et quinq. eoꝝ quilibet ipm sequētē.

## Propositio .8.



Inter duos numeros numeri quotlibet in continua proportionalitate ceciderint: totidē inter omnes duos in eadē proportione relatōs cadere necesse est.


Sint. a. Et. b. inter quos cadunt. c. Et. d. in continua pportione habentes se in pportione. c. ad. f. dico qd totidē cadūt inter e. Et. f. Et. in eadem pportione quot inter. a. Et. b. Sint enim. g. h. k. l. totidē minimi quo sunt. a. Et. b. Et. qui inter eos cadunt sumpti; quēadmodū docet secunda huius continue pportionales in eadē pportione eruntq. p. 3. g. Et. l. contra se primi; Et per equā ppor. erit. g. ad. l. scit. a. ad. b. ideoq. Et sicne e. ad. f. Et. quia ipsi sunt in sua pportione minimi per. 23. septimiis sequimur per. 21. eiusdē ut. g. numeret. e. Et. l. f. equaliter; totidē igitur numeret. h. m. Et. k. n. positisq. m. Et. n. inter. e. Et. f. constat per. 28. septimi. e. m. n. f. Et. contine pportionales; quēadmodum sunt. g. h. k. l. Et ideo quēadmodum. a. c. d. b. quare patet quod dictū est. **C** Ex hac constat nullā superticularem posse per equalia diuidi: si enim hoc ēt oporteret inter duos numeros sola unitate diffātes numerum cadere mediū quod ēt non potest; ideoq. tonus in musica quē sexquioctana continua pportio i duo uera semitonia diuidi non potest; sed necessario diuiditur in minus semitonium et maius.

## Propositio .9.



Inter duos numeros contra se primos numeri quotlibet continua proportionalitate ceciderint: inter vtrung. eorum et vnitatem totidem continua proportionalitate cadere necesse est.

Sint. a. Et. b. contra se primi. inter quos cadat incotinua ppor. c. Et. d. dico qd totidē erunt continue pportionales inter. a. Et. unitatē; itemq. totidē inter. b. Et. unitatē. Sint enim in illa pportione minimi. e. Et. f. sumpti; ut docet. 34. septimi: ex quibus sumantur tres continua pportionales; Et minimi in eorum pportionet put docet secunda huius qui sunt. g. h. k. deinde quatuor qui sunt. l. m. n. p. Et hoc totiens si at usquequo sic sumpti hant totidem quot sunt numeri propositi; ut sunt hic. l. m. n. p. Constat itaq. cum sunt. a. c. d. b. in sua pportione minimi p primam huius; sintq. l. m. n. p. totidem Et minimi in eadem. Non sit autem possibile et aliquid minus minimo qd numeri. l. m. n. p. eales erunt numeris. a. c. d. b. quisq. suo relatioꝝ ēt igitur. l. equalis. a. Et. p. b. Manifestum autem ex secunda huius qd ex. f. in se fit. k. Et ex eodem in. k. p. per diffiniſionē igitur eius quod est multiplicari erit. f. in. k. k. quoꝝ in. p. quoties unitas est in. f. itaq. unitas. f. k. p. sunt continua pportionales. Similiter autem Et unitas. e. g. l. sumptis ergo. a. Et. b. loco. l. Et. p. sibi equalium enire inter. a. Et. unitatem. g. Et. e. Et. inter. b. Et. unitatem. k. Et. f. continua pportionales totidem quot sunt inter. a. Et. b. quod est propositum.



## Propositio .10.

 Inter utrumque cum et unitate in quotlibet numeri continua proportionalitate ceciderint ambo bus numeris totidem continua proportionalitate interesse necesse est.

Sint duo numeri. a. & b. sintq. c. & d. inter. a. & vnitatem. e. quoq. & f. inter. b. & vnitatem continua proportionales. dico totidem esse inter. a. & b. continua proportionales; hec est conuersa prioris excepto qd ad subiectum premise appositorum erat. a. & b. esse contra se primos quod non apponitur hic ad passionem; qua propter unitatem salsior est passio huius subiecto illius. ¶ Quia igitur quotiens unitas in. d. totiens est. d. in. c. & totiens. c. in. a. constat quod ex. d. in. se fit. c. & ex. eodem. d. in. c. a. Similiter quoq. ex. f. in. se. & in. e. sicut. e. & b. ¶ Ducat itaq. d. in. f. & productus sit. g. itemq. idem. d. ducatur. In. g. & c. & f. sunt producti. h. & k. Constat igitur ex. 18. & optimi qd. c. ad. g. vt. d. ad. d. f. & ex. 19. qd. g. ad. e. vt. d. ad. f. quare. c. g. & e. sunt continua proportionales in proportione. d. ad. f. item per. 18. iterum sunt. a. ad. h. sicut. c. ad. g. & h. ad. k. sicut. g. ad. e. & per. 19. k. ad. b. sicut. d. ad. f. igitur sunt. a. h. k. b. continua proportionales; quare constat propositionum.

## Propositio .11.




 Si fuerint ambo quadrati crit proporcio unius ad alterum tanq; sui lateris ad latius illius proporcio duplicata. Si uero ambo fuerint cubi; erit proporcio alterius ad alterum tanq; sui lateris ad latius alterius proporcio triplicata.

Sint duo quadrati. a. & b. & duo cubi. c. & d. latera tamen quadratorum & cuborum sint. e. quidem. a. & c. f. vero. b. & d. dico qd. proporcio. a. ad. b. erit sicut. e. ad. f. duplicata. c. vero ad. d. sicut eadem triplicata. Manifestum enim est qd. ex. e. in. se fit. a. & ex ipso. e. in. a. c. sic quoq. ex. f. in. se fit. b. & ex ipso in. b. d. ducatur igitur. e. in. f. & prouenit. g. & in. g. & b. & proueniant. h. & k. eritq. per. 18. & optimi. a. ad. g. sicut. c. ad. f. & per. 19. g. ad. b. sicut. e. ad. f. igitur ex diffinitione. a. ad. b. sicut. e. ad. f. duplicita quod est primum. ¶ Secundum eodem modo constat. sunt enim per. 18. iterum. c. ad. b. sicut. a. ad. g. & h. ad. k. sicut. g. ad. b. & per. 19. k. ad. d. sicut. e. ad. f. quare. c. h. k. d. sunt etiam continua proportionales in proportione. e. ad. f. per diffinitionem igitur erit. c. ad. d. sicut. e. ad. f. triplicata; quod est secundum.




## Propositio .12.

 In numerorum continua proportionalitatis quicunque in se ipsum ducatur: qui inde producentur sub continua proportionalitate esse. Quod si item in ipsis productos principia sua ducantur inde quoq; productos continua proportionalitatis esse necesse est. idemq; in omnibus hoc modo productis extremitatibus.

Sint. a. b. c. continua proportionales quorum quisq; in se ducatur & proueniant ex. a. quidem. d. ex. b. vtro. e. & ex. c. f. dico qd. d. c. f. sunt continua proportionales; qd si item. a. ducatur in. d. & proueniat. g. b. quoq. in. e. & proueniat. h. & c. in. f. proueniat. k. dico etiam qd. g. h. k. erunt continua proportionales. ¶ Sit enim ex. a. in. b. l. & ex. c. in. eundem. m. et vntq. p. per. 18. & 19. septimi. d. l. e. m. f. continua proportionales in proportione. a. b. c. itaq. p. equam proportionalitatem argue. d. ad. e. sicut. e. ad. f. quod est primum. ¶ Reliquum sic ducatur. a. in. l. & e. & proueniat. n. & p. c. quoq. ducatur in. e. & m. & proueniant. q. & r. & eruntq. per easdem. g. n. p. h. q. r. k. continua quoq. proportionales in proportione primorum; per equam igitur proportionalitatem conclude. g. ad. h. sicut. h. ad. k. quod est reliquum. Eadem erit ratio quotienscumq. primi in productos ducantur.



# LIBER



**Propositio .13.**  
I quis quadratus numerus alium quadratus numeret latus quoq; suum latus illius numerare perbat. Si vero latus suum latus illius numeret quadratus numerat quadratum.

**C** Sint duo numeri. a. &. b. quadrati: latera q; eoꝝ. c. &. d. dico q; si. a. numerat. b. c. quoq; numerabit. d. & econuerso.

**P** Constat enim q; ex. c. in se fit. a. ex. d. quoq; in se. b. fiat igit. e. ex. c. in. d. eruntq; per. 18. &. 19. septimi. a. e. b. continua proportionales in proportione. c. ad. d. **P** Si igitur. a. numerat. b. idem ipse per. 7. huius numerabit. e. quare &. c. d. quod est primum. **P** Conuersa sic patet. si. c. numerat. d. a. numerabit. e. propter id quod proportio. a. ad. e. sicut. c. ad. d. & si numerat. e. ipse numerabit. b. propter hoc q; sunt continua proportionales.



**Propositio .14.**  
I cubus alium cubum numeret: latus quoq; suus latus alterius numerabit. Si vero latus suus latus alterius numeret: cubus numerabit cubam.

**C** Sint duo numeri. a. &. b. cubi latera q; eorum. c. &. d. dico q; si. a. numerat. b. c. quoq; numerabit. d. & econuerso.

**P** Ducatur enim. c. in se. & fiat. e. d. in. f. b. fiat itaq. g. ex. c. i. d. eruntq; per. 18. &. 19. septimi. e. g. f. continua proportionales in proportione. c. ad. d. & c. d. & h. & k. puenian t ex. c. in. g. &. f. **P** Per easdem igitur erunt. a. h. k. b. c. continue quoq; proportionales in eadem proportione. **P** Itaq. si. a. numerat. b. idem q; 7. huius numerabit. b. quare &. c. d. est n. c. ad. d. sicut. a. ad. h. c. stat igit prima pars. Conuersa patet: sicut conuersa prioris. Nam si. c. numerat. d. a. quoq; numerabit. b. quem si numerat necesse est ut numeret. b.



**Propositio .15.**  
Inumerus quadratus quendam alium quadratum non numeret: nec latus suum latus illius numerabit. Si vero latus suum latus illius non numeret: quadratus is quadratum illum non numerare ex necessitate conuincitur.

**C** Hec. 15. proponit negationes conuerti que affirmatis quas. 13. huius conuerti proposuit opponuntur ut si sint duo numeri quadrati. a. &. b. quorum latera. c. &. d. si. a. non numerat. b. c. quoq; non numerabit. d. & econuerso etiam si. c. non numerat. d. nec. a. b. **P** Sit enim primo ut. a. non numeret. b. si itaq. c. numerat. d. per secundam partem. 13. huius. &. a. numerabit. b. quod est contrarium positionis sicq; patet pm̄. **P** Secundum quoq; sit ut. c. non numeret. d. itaq. si. a. numeret. b. p. priam partem. 13. necesse est ut. c. numeret. d. necesse est igitur ut numeret ipsum cum non numerat ipsuim: quod est impossibile. **P** Quemadmodum aut necesse est conuerti negationes oppositas affirmationibus quas. 13. demonstravit conuerti sic quoq; necesse est eas negationes que opponuntur illis affirmationibus quas premisa conuerti demonstravit conuertantur unde si cubus non numerat cubū nec latus eius numerabit latus illius ecō uerso quoq; si latus unius non numerat latus alterius: nec ipse cubus numerabit alterum cubum: demonstratur autem hoc per premisam a destruktione consequentis: sicut quod propositum est per. 13. ideoq; hoc auctor non proposuit: sed per id quod propositum est ipsum dedit intelligi.



**Propositio .16.**  
Duo numeri superficiales fuerint similes necesse est tertium numerum fin proportionalitatē continuam eis interesse: eritq; proportio vnius numeri ad alterum sibi similes velut vnius lateris suis ad latitu d alterius se recipiens proportio duplicata.

**C** Sint duo numeri. a. &. b. superficiales & similes: dico

**g** inter ipsos cadet unus numerus in continua pportione; latera enim. a. sunt. c. f. d. b. uero latera sunt. e. f. f. eruntq. ex conuersione diffinitiois numerorum similium. c. ad. e. sicut. d. ad. f. constat aut q. ex. c. in. d. f. iat. a. f. ex. e. in. f. b. f. iat itaq. g. ex. e. in. d. eritq. per. 19. septimi. a. ad. g. sicut. c. ad. e. f. per. 18. eiusdem. g. ad. b. sicut. d. ad. f. quare. a. ad. g. sicut. g. ad. b. est itaq. g. continua proportionalitate medius inter. a. f. b. quod est propositum.

**P** Correl. autem patet cum sit. a. ab. b. per diffinitionem: sicut. a. ad. g. duplificata que eadem est illi que est. c. ad. e.

### Propositio .17.

**I** f m continuam proportionalitatem tertius numerus duobus numeris interfit: illi duo numeri superficiales sunt et similes.

**H**ec est conuersa premisetur si inter. a. f. b. sit. c. f. b. continua proportionalitate constitutus. a. f. b. erunt superficiales et similes. **P** Sint enim. d. f. e. minimi in proportione qua continuantur. a. c. b. qui per. 21. septimi numerabantur. a. f. c. equaliter sit. ut fm. f. f. per etandem. c. f. b. equaliter: f. sit ut fm. g. erunt igitur per diffinitionem. a. f. b. superficiales; f. erunt etiam per diffinitionem. d. f. f. latera numeri. a. e. quoq. f. g. latera numeri. b. **P** Quod autem ipsi sint similes sichebeto. **P** Cum enim ex. d. in. g. sit. c. f. ex. e. in. f. sit idem. c. erit per secundam partem. 10. septimi. d. ad. e. sicut. f. ad. g. per diffinitionem igitur. a. f. b. sunt similes: quod est propositum. **P** Hoc autem ultimum quod est. a. f. b. esse similes: potest etiam haberi per. 19. f. 18. septimi: f. per has ypothes. q. a. c. b. sunt continue proportionales in proportione. d. ad. e. minimorum numerantium. a. f. c. fm. f. f. c. f. b. fm. g.





### Propositio .18.

**I** fuerint duo numeri solidi similes: necesse est eis duos numeros fm continuam proportionalitatem interesse: eritq. propo:ti:o viiiiius solidi ad alterz sibi simile. velut cuiuslibet sui lateris ad latus alterius respiciens se, pportionaliter, pportio triplicata.

**S**int duo numeri. a. f. b. solidi similes: dico q. inter ipsos cadent duo numeri in continua proportione. Sint enim latera numeri. a. c. d. e. latera uero. b. sunt. f. g. h. eruntq. ex conuersione diffinitiois numerorum similium. c. ad. f. f. d. ad. g. sicut. e. ad. h. Sit igitur ex. c. in. d. k. f. ex. f. in. g. L. eritq. ex diffinitione. k. f. l. superficiales et similes. quare p. 16. huius unus numerus cadet inter eos medias fm proportionem. c. ad f. qui sit. m. Manifestum autem est q. ex. e. in. k. fit. a. f. ex. h. in. l. b. si igit ex. e. in. m. f. l. f. l. f. p. erit per. 18. septimi. a. ad. n. sicut. k. ad. m. f. n. ad. p. sicut. m. ad. l. quare. a. n. p. sunt continue pportionales in pportione c. ad. f. **P** Et quia per. 19. eiusdem. p. ad. b. sicut. e. ad. h. f. ideo sicut. c. ad. f. sequitur ut quatuor numeri. a. n. p. b. sunt continue pportionales fm proportionem. c. ad. f. **P** Sunt itaq. inter. a. f. b. duo numeri. n. f. p. medii in continua proportionalitate fuerum laterum interpositi: quod est propositum. **P** Correl. autem patet cum proportio. a. ad. b. sit per diffinitioem sicut. a. ad. n. triplicata que est eadem illi: que est. c. ad. f.

### Propositio .19.

**I** eis fm continuam pportionalitatem duo numeri interriacet quilibet duo numeri solidi sunt atq. similes. **H**ec est conuersa pmissa ut si inter. a. f. b. sunt duo numeri. c. f. d. medii in continua pportione erit. a. f. b. solidi et similes. **P** Sumatur enim tres minimi in eadē pportione continua pportioales q. sunt. e. f. g. eritq. h. i. z. e. f. g. superficiales et similes. **P** Sunt ergo. h. f. k. latera. e. at. l. f. m. latera. g. eritq. p. corre. 16. huius. e. ad. f. sicut. h. ad. l. aut sicut. k. ad. m. manifestū aut est ex tertia q. e. f. g. sunt contra se primi: ideoq. p. 23. septimi in sua proportione minimi: f. quia p. equā pportionalitatem sunt. a. ad. d. f. c. ad. b. sicut. e. ad. g.



# LIBER

a	b	c	
4	8	16	
8	12	18	27
4	c	9	
8		18	
b	16	d	36
8	8	c	27
16		24	
32		103	
b	64	d	216
a	8	d	4
c	12	e	6
b	18	f	9
a	48	c	8
c	72	f	12
d	108	g	18
b	162	h	27

sequitur per. 21. septimi ut ipsi numerent. a. f. d. equaliter quod sit fm. n. f. item. c. f. b. equaliter qd sit fm. p. Quia igitur ex. b. in. k. fit. e. f. ex. c. in. n. fit. a. sequitur p. definitionem ut. a. sit solidus eiusq. latera. h. k. n. simili ter quia ex. l. in. m. fit. g. f. ex. g. in. p. b. sequitur et ut. b. sit solidus f. eius la tera. l. m. p. P. Ipsos aut essemiles sic constabit cum ex. g. in. n. fit. d. f. ex. codic i. p. b. erit p. 18. septimi. n. ad. p. sicut. d. ad. b. f. quia sic erat. h. ad. l. f. k. ad. m. p. definitione manifestum est. a. f. b. et similes; qd est ppositum.



**Propositio .20.** I triu numerorum continue proportionalius primus fuerit quadratus tertiu quoque quadratum ee.

Sint tres numeri continue proportionales. a. b. c. Sitq. a. quadratus dico q. c. est etiam quadratus. Sunt enim p. 17. a. f. c. superficiales f. similes cu igitur. a. sit quadratus p. hypothe. erit. c. qdatus.



**Propositio .21.** I quatuor numerorum continue propotionalium. primus fuerit cubus: quartus cubum ee necesse est. Sint quatuor numeri continue proportionales. a. b. c. d. Sit q. a. cubus: dico q. d. est et cubus. P. C. o. stat enim p. 19. q. a. f. d. sunt solidi similes; f. quia. a. est cubus p. hypothe. erit etiam. d. cubus.



**Propositio .22.** I duorum numerorum quorum proportio sicut q. datus ad quadratum fuerit unus quadratus: alterum quoque quadratum ee.

Sint duo numeri. a. f. b. in proportione duorum quadratorum qui sunt. c. f. d. sitq. a. uel. b. quadratus: dico reliquum ee quadratum. Cum enim. c. f. d. sint quadrati sequitur eos ee superficiales similes videoq. per. 16. cadet unus medius inter eos in continua proportione: quare p. 8. f. inter. a. f. b. per. 20. igitur constitut ppositum.



**Propositio .23.** I duorum numerorum quorum proportio ad alterum sit sicut cubi ad cubum alteruter facit cubus ad alterum cubicum ee.

Sint duo numeri. a. f. b. in proportione duorum cuborum qui sunt. c. f. d. sitq. a. uel. b. cubus: dico reliquum esse cubum. P. Necesse est enim q. c. f. d. sint solidi similes: quippe oes cubi sunt similes f. solidi: itaq. per. 18. inter ipsos cadent duo medii: in continua proportione totidem igitur per. 8. cadent inter. a. f. b. itaq. per. 21. manifestum est quod dicitur.



**Propositio .24.** Uniusocialis superficialium similius est pportio unius ad alterum sicut pportio quadrati ad quadratum.

Sint. a. f. b. superficiales similes: dico q. unius ad alterum est proportio sicut quadrati ad quadratum. P. Erit. n. per. 16. inter eos unus numerus medius in continua pportione qui sit. c. P. Sumpvis itaq. tribus minimis in pportione eoq.: qui sunt d. e. f. erunt p. correlari. d. f. f. quadrati: f. quia p. equa p. portionalitatem est. a. ad. b. sicut. d. ad. f. constat uerum ee qd pponitur.



**Propositio .25.** Uniusduorum solidorum similius est proportio unius ad alterum sicut aliquius cubi ad aliquem cubum.

Sint. a. f. b. solidi similes: dico q. pportio unius ad alterum est sicut cubus ad aliquem alium cubum. P. Sunt qui dem per. 18. inter eos duo numeri medi fm. continua proportionem qui sunt. c. f. d. in eorum proportione sunt minimis quatuor. e. f. g. h. quorum. e. f. h. erunt cubi per correlarium secundaria igitur per equam proportionalitatem est. a. ad. b. sicut. e. ad. h. liquet ppositum.

Explicit liber Octauus.

**L**iber nonus Euclidis de quinque numerosis precipnis spe ciebus, et de perfecto habundante ac diminuto sum Campani optimâ traductionem. Magistro Luca paciolo de burgo sancti Sepulchri Ordinis minorum Castigator e optino Incipit.



**A**r numerus est qui potest in duo equalia dividiri. 2. **I**mpar numerus est qui in duo equalia dividiri non potest. additos supra parem unitatem. 3. **P**ariter par est quem cuncti pares cum numerates paribus viciis numerantur. 4. **P**ariter ipar est quem cuncti pares cum numerates i paribus viciis numerantur. 5. **P**ariter par et impariter est quem pares cum numerantes quidam paribus quidam in paribus viciis numerantur. 6. **I**mpariter i par quem cuncti impares cum numerantes i paribus viciis numerantur. 7. **P**erfectus numerus appellatur qui omnibus partibus suis gibus numeratur est equalis. 8. **H**abundans dicitur q uibus suis partibus minor est. 9. **D**iminutus vero q uia maior.

### Castigator.

**D**efinitiones iste respectu sunt parium et imparium. 1. **Vt.** 4. 6. 8. 10. et similes. 2. **Vt.** 3. 5. 7. 9. et similes. 3. **Vt.** 8. 16. 32. 64. et similes. 4. **Vt.** 6. 10. 14. 18. 26. 30. 42. 54. et similes. 5. **Vt.** 12. 24. 36. 48. 60. et similes. 6. **Vt.** 15. 31. 27. 33. 35. et similes. 7. **Vt.** 6. 18. 496. et similes. 8. **Vt.** 11. 24. 36. et similes. 9. **Vt.** 8. 10. 16. et similes.

### Propositio .1.

**S**i fuerint duo numeri superficiales similes qui ex ductu alterius in alterum producetur numerus quadratus esse necesse est.

**S**unt. a. et. b. superficiales similes ex quorum multiplicatione proueniat. c. dico. c. esse quadratum. fiat enim. d. ex. a. in. b. eritq; per. 18. septimi. d. ad. c. sicut. a. ad. b. et quia inter. a. et. b. cadit unus medius sum continuam proportionalitatem per. 16. octauum. sequitur per. 8. eiusdem ut unus quoque cadat inter. d. et. c. itaq; cum d. sit quadratus erit per. 10. eiusdem. c. quoque quadratus quod est propositum.

### Propositio .2.

**E**x ductu alterius in alterum tetragonius producatur. duo quilibet numeri sunt superficiales similes. 1. **E**x his itaque patens est: quia si tetragonius in tetragonum ducatur qui ex eis producetur tetragonum esse. 2. **S**i vero ex ductu tetragonii in numerus aliquem tetragonius producat illus numerum aliquem et tetragonum esse. 3. **I**tenique si ex ductu tetragonii in numerum aliquem non tetragonius producatur eum numerus aliquem non tetragonum esse. 4. **S**i vero tetragonius in numerum aliquem non tetragonum ducatur qui inde producetur non tetragonum esse necesse est.




**H**ec est conuersa prioris: ut si ex. a. in. b. fiat. c. fueritq; c. quadratus: enuntiatur a. et. b. superficiales similes: sit enim. d. ex. a. in. b. eritq; per. 18. septimi. d. ad.

a	—	24	b	—
d	12	288	c	48
	—	—		—
	144			576

b	—	24.	a	—
	—	—		—
c	48	288	d	12
	—	—		—
	576			144

32

16



c. sicut a. ad. b. per .16. autem octauum cum. d. e. c. sint superficiales similes: eo q. sunt ambo quadrati: erit iter eos unus numerus medium secundum proportionem. per .8. itaq. eiusdem erit etiam unus inter. a. f. b. igitur per .17. eiusdem a. f. b. sunt superficiales similes: quod est propositum. Prima pars correlata patet per premisam: sunt enim omnes tetragoni superficiales similes. Secunda patet ex hac cum sit solus tetragonus similis tetragono. Tertia pars patet ex prima i. plus correlata de destructione consequentis. Quartaria utroque patet ex eiusdem parte secunda a destructione etiam consequentis.

### Propositio .3.

Innumeris cubis in seipsum ducantur qui inde producuntur erit cubus.

**C** Sit. a. cubus ex quo in se ducto fiat. b. dico. b. est cubus. **P** Sit enim. c. latus cubicum. a. ex. c. uero in se fiat d. patet itaq. q. ex. c. in. d. sit. a. sunt igitur unitas. c. d. a. continue proportionaliter: quod ex. 18'. si primi est presentibus hypothesibus manifestum est. **P** Et ga. est. a. ad. b. sicut unitas ad. a. eo q. quotiens unitas est in. a. toties. a. in. b. erit inter. a. f. b. duo numeri medi. secundum proportionalitatem continuam per .8. octauum. **P** Cum igitur ex hypothesi sit a. cubus erit per .ii. eiusdem. b. quoq. cubus: qd. oportebat demonstrare.

### Propositio .4.

In cubis in alium cubum ducatur: qui inde producetur erit cubus.

**C** Sint. a. f. b. cubi fiatq. c. ex. a. in. b. dico. c. est. cubum. **P** Fiat enim. d. ex. a. in se eritq. per premisam. d. cubus: et quia per .18. septimi est. a. ad. b. sicut. d. ad. c. constat ex .23. octauo. c. est. cubus: quod est propositum.

### Propositio .5.

Innumeris cubis in numerum alium ducatur: fueritq. productus cubus in quem ductus est numerum cubum esse necesse est: unde et manifestum est: qd. ex ductu cubi in non cubum producitur non cubus. Ductoq. cubo in numerum aliquem si fuerit qui inde producitur non cubus in quem ille datus fuerit necesse est esse non cubum.

**C** Sit enim ex. a. cubo in. b. numerum productus. c. cubus dico. b. est. cubum: fiat enim. d. ex. a. in se qui per ante premisam erit cubus: ga. igitur est per .18. septimi. a. ad. b. sicut. d. ad. c. estq. a. cubus: sed f. d. f. c. cubi erit per .23. octauo. b. cubus: quod est propositum. Prima pars correlata patet ex hac quinta a destructione consequentis. secunda per premisam similiter a destructione consequentis.

### Propositio .6.

Ex ductu cuiuscumque numeri in seipsum cubus producatur eum esse cubum necessario comprobatur.

**C** Sit ut ex. a. in se fiat. b. sitq. b. cubus: dico ergo. a. est cubum: fiat enim. c. ex. a. in. b. eritq. ex definitione. c. cubus. Et quoniam constat ex .18. septimi q. sit. a. ad. b. sicut b. ad. c. cum sint. b. f. c. cubi: sequitur ex .23. octauo. a. est cubus: quod est propositum.

### Propositio .7.

In numeris compositis in numerum quemlibet ducatur: qui inde producetur erit solidus.

**C** Sit. a. numerus compositus: qui ducatur in. b. Et proueniat. c. dico. c. est. numerum solidum. Cum enim. a. sit compitus numeratur ab aliquo numero qui sit. d. numeret q. cum secundum. e. quia igitur ex. e. in. d. fit. a. f. ex. a. in. b. c. erit ex definitione solidorum. c. solidus eiusq. latera. e. d. b. qd. est propositum.

**P**ropositio .8.

**S**i fuerint numeri ab unitate continue proportionales: tertius ab unitate erit quadratus: ac deinceps uno semper intermissio. Quartus vero ab unitate cubus: ac deinceps duobus semper intermissis. Itemque septimus ab unitate est quadratus cubicus: ac deinceps: quinque semper intermissis quadratus cubicus continuo sequitur.

**S**unt continue proportionales unitas, a. b. c. d. e. f. g. h. k. l. m. n. dico b. esse quadratum & d. omisso. e. Sic alios uno semper omisso. unde sim pliciter omnes existentes in locis imparibus sunt quadrati: vt sunt tertius quintus & septimus. **D**ico item. c. esse cubum & l. duobus omissionis: & sic in ceteris. **O**mnisq; simpliciter esse cubus cuius ab unitate locus addit su per ternarium vel quemlibet multiplicem ipsius ternarii unitatem: vt sunt quartus septimus decimus tertius decimus & sextus decimus, in his. n. conuenient omnes qui duos transmittunt. **I**temque dico. f. ab unitate se ptimum esse quadratum cubicum: & similiter enim quinq; numeri inter missis: id est in ceteris. **S**impliciter autem dico cuius locus ab unitate addit super senarii vel quolibet multiplicem ipsius unitatem: vt sunt septimus tertius decimus decimus nonus & vigesimus quintus: illum esse quadratum cubicum: quadratum quidem quoniam eius locus impari cubum autem quoniam super multiplicem ternarii addit unitatem. quippe senarii multiplieres cum cunctis ternarii necesse est esse multiplices. **Q**ue autem proposita sunt sic constant. **E**st enim ex hypothesi. a. in. b. quotiens unitas in. a. itaq; b. ex diffinitione quadratus: quia igitur b. c. d. sunt continue proportionales cum. b. sit quadratus: patet ex. r. 7. vel. 20. octauii. d. esse quadratum. Eadem ratione & f. quia. d. e. f. sunt continue proportionales: & d. est quadratus: idem in ceteris uno intermisso constat itaq; primum. **S**ecundum sic cum sit. b. in. c. quotiens a. in. b. ex hypoth. sequitur a diffinitione: vt ex. a. in. b. siunit quadratum fiat. c. igitur ex diffinitione cubi. c. est cubus. At quia. c. d. e. f. sunt continue proportionales: sed & f. g. h. k. est autem. c. cubus: necesse est per. 19. vel. 21. octauii. vt. f. quoq; sit cubus. ideoq; &. k. id est q. in ceteris duobus transmissionis: quare liquet secundum. **Q**uoniam autem in. f. septimo & in. n. tertio decimo ceterisque quinq; medios omittentibus: simpliciter vero & in omnibus quorum locis super quemlibet multiplicem senarii addit unitatem terminantur quadratorum & cuborum computationes in his quidem unitatis in illis autem duorum omissione sequitur ipsos esse quadratos: ex huius prima parte & cubicos ex secundis: quare quadrati cubicis constat ergo totum quod dicitur.

**P**ropositio .9.

**I**n numeris quolibet ab unitate continua proportionalitate dispositis unitatem sequens quadratus fuerit: ceteri quoque omnes erunt quadrati. Si vero qui unitatem sequitur fuerit cubus: ceteri quoque omnes erunt cubi.

**S**unt qui prius continua proportionales ab unitate sunt q. a. quadratus: dico omnes esse quadratos: aut sit idem cubus: tunc quo q. dico omnes esse cubos. b. enim constat esse quadratum per premis- sum: quia ergo a. ad. b. sicut. b. ad. c. ex. 20. octauii. sequitur. c. esse quadratum: idem quoq; ex eiusdem. r. 7. vel. 20. potes arguere: de sequentibus autem idem eodem modo probabis: quare paret primum. **S**ecundum autem sic cum. b. fiat ex. a. in. f. si fuerit. a. cubus erit per. 3. ipse quoq; cubus. c. vero constat esse cubum per premisam. itaq; per. 23. octauii. d. omnesq; sequentes cubicos esse probabis: est enim a. ad. b. sicut. c. ad. d. Idem quoq; arguere potes ex. 19. vel. 21. eiusdem: sunt enim. a. b. c. d. sed & b. c. d. e. singulis quatuor continua sumptu continua proportionales.

m	2048
l	1024
k	512
h	256
g	128
f	64
e	32
d	16
c	8
b	4
a	2

p	
n	
m	
l	
k	
h	
g	
f	
e	
256	d → 4096
64	c → 512
16	b → 64
4	a → 8

## Propositio .10.



In numeris quolibet ab unitate continua pcc por-  
tionalitate dispositis unitate sequens non quadratus  
fuerit: non erit alioz quicq; quadratus exceptis ab  
unitate: tertio ex his qui deinceps vno semper in  
termis reperiuntur tetragoni. Si vero secundus ab  
unitate non fuerit cubus: nullus ceteroz erit  
cubus exceptis ab unitate quarto: et deinceps his qui duoz sem-  
per intermissione formantur cubici.

Hec ex opposito subiecti premis: insert partem oppositi passionis:  
dico autem partem qm ex. 8. constat omnes imparcs esse quadratos: om-  
nesq; quoz locus super ternariam uel quemlibet ipsius multiplicē addit  
unitatem esse cubos. V Sint itaq; qui prius ab unitate continua pportio-  
nales non sit autem a. quadratus sed nec cubus. dico nullam ex omnibus eē  
quadratum: aut cubicum nisi quos octaua proponit. V Si enim quis ali-  
us ponatur quadratus: sequitur per. 22. octaua a. esse quadratum. Quod si  
cubus sequitur per. 23. eiusdem a. esse cubam quorum utrumq; contrarium  
est ypothe. Constat ergo propositum.

## Propositio .11.



In numeris quolibet ab unitate continua propor-  
tionalitate dispositis aliquis numerus primus ul-  
timum numeret: eum quoq; qui unitatem sequi-  
tur numerare necesse est.

Sint usq; ad. d. continua proportionales ab unitate. sit  
q. e. numerus primus de quo ponam ipsum numerare. d.  
dico q. idem numerabit. a. Nam si non erit ad ipsum primus p. 32. sep. ff  
quia ex. a. in se fit. b. sequitur ex. 26. eiusdem ut ipse quoq; sit primus ad. b.  
sed ff ad. c. ff ad. d. sequitur ipsum eē primum per. 25. eiusdem: eo q. ex. a. i  
b. fit. c. ff ex eodem in. c. d. non ergo numerat. d. cum sit primus ad. ipm:  
quare accidit contrarium ypothe. V Idem aliter cum sit. e. primus si non  
numerat. a. primus erit ad ipsum per. 32. sep. itaq; per. 23. eiusdem erunt mi-  
nimi in sua proportione: quia autem. e. ex ypothe. numerat. d. sit ut fm  
f. constat uero q. ex. a. in. c. fiat. d. ergo p scdm partē. 20. sep. erit. a. ad. e. si  
ut. f. ad. c. quare p. 21. eiusdem. e. numerabit. c. ff sit ut fm. g. ff quia ex. a.  
in. b. fit. c. sequitur quoq; per easdem ff eodē modo ut. e. numeret. b. esto  
ergo q. fm. b. ff qm rursus ex. a. in se fit. b. necesse est iterum p. easdem ut  
e. numeret. a. sed positum erat non numerare ergo accidit impossibile.

## Propositio .12.



In numeris ab unitate continua proportionalibus  
minor maiorem numerat fm aliquem in illa pro-  
portionalitate dispositum.




Sint ab unitate usq; ad. f. continua proportionales: dico  
nullū ipsoz numerare. f. nisi fm aliquē alioz: cōstat. n. q.  
e. numerat ipm. f. fm. a. est eni. e. ad. f. ut. unitas ad. a. sed  
f. d. numerat eūdē. f. fm. b. est nāq; p. equā pportionalitatē. d. ad. f. ut uni-  
tas ad. b. De. c. quoq; patet eodē modo q. fm seipsum numeraret ē. Ecōuer-  
so quoq; a. numerat ē fm. e. eo q. sicut unitas ad. e. ita. a. ad. f. b. uero fm  
d. est eni ut unitas ad. d. ita. b. ad. f. nāq; igū est q. d. pponit. Quippe, quo-  
tus qsq; q. pponit ultimū numerare fuerit sub ultimo fm totū supra' unita-  
tē: numerare ipm conuincit p. equā pportionalitatē ff diffinitionem.

## Propositio .13.



Est libet numeris ab unitate continua propor-  
tionalibus si qui unitate sequit fuerit numerus pri-  
mus maximus: eoz nullū de numeris in illa propor-  
tionalitate dispositis nullus numerabit.

Sint ut prius usq; ad. d. continua proportionales ab uni-  
tate: sitq; a. numerus primus: dico q. nullus numerabit ultimum nec sim-




pliciter aliquem eoz nisi aliquis eorum qui antecedit ultimum vel eum qui ponitur numerari. Sit enim si possibile est. e. diversus ab eis qui numeret. d. qui si fuerit primus per. ii. numerabit. a. non igitur est. a. primus quod est contra ypothe.  $\nabla$  Si autem ipse fuerit cōpositus necesse est p. 30. septimi ut alius primus numeret eum qui non erit nisi. a. Nam si est alius ab. a. ut. f. cum neque sit ipsum numerare. d. arguetur et eundem numerare. a. p. ii. sic quoque. a. non erit primus. Est igitur. a. primus numerans. e. quia autem e. numerat. d. sit ut fm. g. eritque p. secunda parte. 10. sep. a. ad. e. sicut. g. ad. c. fit enim d. ex. a. in. c. quecumque. a. numeret. e. f. g. numerabit. c. sicut ut fm. h. sequitur. ut. a. numeret g. sicut sequebatur ut numeraret. e. alioquin si. g. quidem est primus cum numeret. c. sequitur p. ii. ipsum numerare. a. Si autem cōpositus p. eadem sequitur numerus primus numerantem. g. numerare. a. quod est inconveniens itaque. a. numerat eum. sequitur ergo p. secunda parte. 10. septimi ut. b. numeret quoque. b. eo que tam ex. a. in. b. que ex. g. in. b. constat p. duci. c.  $\nabla$  Numeret. h. itaque ipsum. k. Constat autem ut prius de. g. q. a. numeret. h. Nam si non non erit. a. primus itaque p. secunda parte. 10. sep. sequitur ut. k. numeret. a. fit enim tam ex. a. in. f. que ex. b. in. k. b. Manifestum est autem. k. non esse. a. nullus enim numeroque. g. b. k. est aliquis ex. a. b. c. d. si enim. g. est aliquis ex. eis cum ipse numeret. d. fm. e. est per premissam. e. quoque aliquis ex. eis sed non erat nec igitur. g.  $\nabla$  Similiter cum. b. numeret. c. fm. g. non erit. b. aliquis ex. a. b. c. Nam est p. pmis. sam f. g. ostensum est autem que non.  $\nabla$  Nec igitur. h. eadē rōne nec. k.  $\nabla$  Cum. n. ipse numeret. b. fm. h. si ipse est. a. conuincere p. premissam. h. quoque est. a. At non erat.  $\nabla$  Nec igitur. h. erit. a.  $\nabla$  Numeret autem ipsum. Non est itaque. a. primus quod est impossibile.  $\square$  Alter idem si. e. diversus ab. a. b. c. d. numerat. d. sit ut fm. f. quia a. numerat primus numerat. d. productum ex. e. in. f. sequitur ergo. e.  $\nabla$  Quia igitur tam ex. a. in. c. que ex. e. in. f. fit. d. erit per secundam partem. 10. septimi. a. ad. e. sicut. f. ad. c. numerat itaque. f. c. sit ut secundum g. eritque per. 33. septimi ut. a. quoque numeret. f. uel. g. sicut ut. f. sequiturque per secundam partem. 10. eiusdem ut. g. numeret. b. sitque ut secundum. h. ut prius igitur. a. numerabit. g. uel. h. f. sit ut numeret. g. h. ergo per secundam partem dicte. 10. numerabit. a. si itaque. b. non est equalis. a. non erit. a. primus quod est contra ypothe. Si autem equalis erit. unusquisque numerorum. g. f. e. aliquis ex. a. b. c. d. p. pmis. sam quotiens oportet assumptam. Non est igitur. e. diversus ab eis: quod est etiam contra ypothe. itaque. constat ueste. esse quod proponitur.

#### $\nabla$ Dopropositio .14.

 **I**propositus fuerit numerus minimus quem numerant primi assignati non numerabit eum aliquis numerus primus preter illos assignatos.  $\square$  Sit. a. minimus numerus numeratus a numeris primis que sunt. b. c. d. dico que alius primus preter eos non numerabit. a. Sinautem sit. e. primus numerans cum fm. f. quia ergo quilibet numerorum. b. c. d. numerat. a. productum ex. e. in. f. est autem quilibet eorum primus sequitur ex. 33. septimi ut quilibet eorum numeret. e. uel. f. sed. e. nullus numerat cum sit primus quilibet ergo eorum numerat. f. cum itaque sit. f. minor. a. utpote qui numerat eum fm. e. non erit a. minimus numeratus ab illis quod est inconveniens.

#### $\nabla$ Dopropositio .15.

 **I**quilibet numeri continuae proportionales fm. suam proportionem fuerint minima: quicunque aliquem illorum numerat alteri terminorum illius proportionis erit commensurabilis.  $\square$  Sint. a. b. c. d. e. continuae proportionales esse minimi fm. proportionem. f. ad. g. qui sint in sua proportione minima: f. ponatur. b. numerare. c. dico que. h. est commensurabilis. f. uel. g.  $\nabla$  Sumantur enim in eadem proportione quartus minimi qui sunt. k. l. m. n. constat autem ex secunda octaua que ex. f. in. m. fit. c. alioquin continget



est minus minimo quod esse non potest; itaq; per correl. 33. septimi est h. cōmensurabilis. f. vel. m. q. sūf. constat propositum: si autem m. sumatur in eadē proportiōe tres minimi qui sunt. p. q. r. eritq; ex secunda offauit ut. m. fiat ex. f. in. r. ne minus minimo aliquid esse cogamur concede rei quare per predictum correl. h. est commensurabilis. f. vel. r. sed nō erat f. sic enī constabat propositum: commensurabilis igitur est. r. qui cum ex secunda octauī fiat ex. g. in se sequitur ex dicto correl. vt. h. sit commensurabilis. g. quod est propositum.

## Propositiō .16.





**I** fuerint duo numeri quotlibet continue proportionales in sua proportione minimi quilibet eorum ad compositum ex reliquis primus esse necessaria compprobatur.

**C** Sunt. a. b. c. d. continue proportionales & minimi. dī co compositum ex. a. b. c. primum est ad. d. Si enim nō numerabit aliquis numerus qui sit. e. compositum ex. a. b. c. & d. per premisam igitur erit. c. cōmunicans alteri terminorum illius proportionis qui sunt. f. & g. erit itaq; numerus aliquis numerans. e. & alterum duorum f. g. qui sit. h. quia ergo. h. numerat. e. numerabit. d. & compositum ex. a. b. c. & quia numerat. f. vel. g. quorum vterq; numerat vtrum q. mediorum & simpliciter omnes si plures duobus sunt: ex secunda octauī sequitur vt ipse numeret. b. & c. ergo & a. quia numerat totum. a. b. c. non sunt igitur a. & d. contra se primi quod est inconveniens per. 3. octauī. Similiter quo q. constabit compositum ex. a. b. d. primum est ad. c. si enim vt prius. e. numerat ambos sequitur per premisam vt aliquis numerus qui etiam sit h. numeret. e. & altez. duoz. f. g. itaq; h. numerat. c. & totū. a. b. d. sed & b. cū vtraq; radicū numeret oēs medios: igitur & cōpositū ex. a. & d. quia nec essario numerat altez. duoz. a. d. cū numeret altez. duoz. f. g. numerabit & reliquum. Non sunt igitur a. & d. contra se primi: ita idem vt prius.

**D**emonstrant autem idem aliter de tribus continue proportionalibus & minimis sine adminiculo premise: probant enim ex quibusq; duobus compositum primum ē ad reliquum: sint itaq;. 3. continue proportionales & minimi. a. b. c. quorum termini. d. & c. dico tunc compositum ex. a. & b. primum ē ad. c. & compositum ex. b. & c. ad. a. itemq; ex. a. & c. ad. b: manifestū enim est ex secunda octauī qd ex. d. in se fit. a. & in. e. fit. b. & ex. e. in. f. c. & ex. 29. septimi: quod. d. & e. sunt contra se primi: itaq; ex prima parte. 29. eiusdem erit totus. d. e. primus ad vtrumq; eo: quia igitur vterq; duoz. numeroz. d. & d. e. primus est ad. e. erit per. 25. eiusdem qui ex. d. in. d. e. producitur & ipse est compositus ex. a. & b. primus ad. e. sequitur ergo per. 26. eiusdem ut etiam compositus ex. a. & b. sit primus ad. e. fit enī c. ex. e. in. f. **S**imili quoq; demonstratiōe phabis cōpositum ex. b. & c. primum ē ad. a. At vero cōpositum ex. a. & c. primum ē ad. b. sic habet: cū sit enim vterq; duoz. d. & e. primus ad totum d. e. erit p. 25. septimi q. ex. d. in. e. pducitur: & ipse est. b. primus ad. d. e. itaq; p. 26. eiusdem qui ex. d. e. in. se puenit: & ipse est qui componitur ex. a. & c. & duplo. b. pmus erit ad. b. sequitur ergo compositum ex. a. & c. primum ē ad. b. necesse enim ē vt ex duobus compositus cū primus fuerit ad vnum eorum ex quibus componitur: sit primus ad reliquum. Demonstratum autem est hoc supra. 29. septimi. Oportet autē stabilire ad robur istius demonstrationis compositum ex. a. & b. produci ex. d. in compositum ex. d. & e. supposito q. ex. d. in se fit. a. & ex eodem in. e. b. itemq; q. ex. d. e. in se producatur compositum ex. a. & c. & duplo. b. supposito eo quod prius & q. ex. e. in se sit. c. huius itaq; gratia proponimus hec demonstranda.

**Q**uod fit ex ducit u. vnius numeri in quotlibet tantum ē: quātum quod ex ducti eiusdem in compositum erit illis.

**C** idem pponit prima secundi de lineis. Sit enim vt ex. a. in. b. & in. c. & in. d. pueniant. e. & f. & g. dico q. ex. a. in cōpositū ex. b. & c. & d. progenie



compositū ex.e. f. f. g. sequitur enim ex conuersione diffinitionis eius qđ multiplicat vt tota pars sit.b. e f tota.c. f. sed f. d. tota.g. quota est vni-  
tas.a. per quintā itaq. f optimi tota quoq. pars erit cōpositus ex.b. f. c. f. d.  
compositū ex.e. f. f. g. quota est vniitas.a. ergo per diffinitionem ex. a.  
in cōpositū ex.b. f. c. f. d. fit cōpositus ex.e. f. f. g. qđ est propositum.  
**C**Quod fit ex ductu quotlibet numerorū in vnum equum est ei.  
quod fit ex cōposito eorum in euidenti.

**C**Hoc est conuersum eius quod modo demōstratum est: ut si ex.b. f. c.  
f. d. in. a. hant.e. f. f. g. fieri quoq. cōpositus ex cōposito in euidentem  
qđ ex.rz. septimi f predemonstrato facile concluditur.

**C**Quod fit ex ductu quotlibet numerorū in quotlibet alios:  
equū ē ei quod fit ex cōposito horū in cōpositū illorū.

**C**Vt si.a. b. c. multiplicant.d. e. f. quilibet quēlibet iungātur, producta  
cīco aggregatū ex productis esse quale productu ex cōposito ex.a. f. b.  
f. c. in cōpositum ex. d. f. e. f. f. f. Est enim p̄ premissam quod fit ex cō-  
posito ex.a. b. c. in. d. quātum quod ex singulis in illum.d. sic f in. e. f in  
f. ex cōposito autem horum.a. b. c. in quemlibet illorum.d. e. f. p̄ an pre-  
missam fit quantū ex cōposito in cōpositū itaq. constat propositum.

**C**Rūmē o in quotlibet partes diuisio: tantū est quod fit ex to-  
to co in se: quantum quod ex eo in omnes suas partes.

**C**I dem pponit secunda secundi de lineis: vt si.a. diuidatur in.b. f. c. f. d.  
dico qđ tñ fieri ex.a. in f. quātū in oēs illos. b. c. d. Posito enim.e. equali.a.  
constat ex prima hāz incidentium tñ fieri ex.e. in.a. quantū in oēs ptes  
a. sed per cōcep. ex.e. in.a. fieri quantū ex.a. in f. f. ex.e. in partes.a. quantū  
ex.a. in easdem. Manifestum ergo est verum esse quod dicitur.

**C**Rūmē in duo diuiso quod fit ex toto in alterum diuidētiū  
tantum est quantum quod ex eodem in se & in alterū.

**C**I dem proponit tertia secundi de lineis. Sit enim.a. diuisus in.b. f. c. di-  
co tñ fieri ex.a. in.c. quātum ex.c. in f. f. in.b. Nā qđ ex.a. in.c. est quātum qđ  
ex.c. in.a. p. rz. septimi sumpto itaq. d. equali.c. erit.a. in.c. quantū. d. i. a.  
At p̄ primā hāz. d. in.a. est quantum in.b. f. c. ga ergo.d. in.a. f. in.b. f. i  
c. est quantū.c. in.a. f. in.b. f. i se p̄ equalitatem.c. f. d. cōstat propositum.


**C**Rūmē in duo diuiso quod ex ductu totius in se: est quar-  
tum quod ex ductu vtriusq. diuidentium in se & alterius eorum  
bis in alterum.

**C**I dem proponit quarta secundi de lineis: vt si.a. diuidatur in.b. f. c. di-  
co tantum fieri ex.a. in f. quātum ex.b. in f. f. c. in f. f. ex.b. bis in.c. est  
enim per quartam harum qđ ex.a. in f. quātum quod ex eo in.b. f. in.c.  
ex eo aut in.b. per premissam est quantum ex.b. in f. f. in.c. at ex.a. in.c.  
per eandem est quantum ex.c. in f. f. in.b. f. quia ex.c. in.b. tñ est quan-  
tum ex.b. in.c. per.rz. septimi liquet verum esse quod proponitur.






**C**Rūmē per duo equalia duog. iequalia diuiso quod fit ex  
maiori in equalium in minorem cū quadrato intermedij equus  
est quadrato medietatis totius.

**C**I dem proponit de lineis quinta secundi: vt si.a. b. diuidatur in duos  
numeros equales qui sunt.a. c. f. c. b. itemq. in duos inequaes quoniam sie  
maior.a. d. f. minor.b. d. dico qđ illud quod fit ex toto.a. d. in. d. b. cum  
quadrato.c. d. equale est quadrato.c. b. per premissam enim quadratum  
c. b. ē equale quadrato.c. d. f. quadrato.d. b. f. ei quod fit ex.b. d. in. c. d.  
bis: sed ex.b. d. in f. f. in.c. d. tantum fit quantum in.c. b. per primam ha-  
bitum: f. ideo quantum in.a. c. itaq. ex.b. d. in f. f. in.c. d. bis quantum ex ip-  
so.b. d. in.a. d. per eandem igitur quadratum.c. b. superat id quod fit ex.b.  
d. in.a. d. in quadrato.c. d. constat ergo propositum.

**C**Lum fuerit numerus in duo equalia diuiuis: eisq. aliis nu-  
merus adiunctus: quod fit ex ductu totius cōpositi in adiun-  
ctum cum quadrato medietatis equum est quadrato cōposi-  
ti ex dimidio & adiuncto.



# LIBER



**C** Idem pponit sexta secundi de lineis. Sit enim a.b.diuisus in duos eq'les numeros q' sint. a.c. & c.b. addaturq; ei numerus. b.d. dico illud q' sit ex toto a.d.in.d.b. cum quadrato. c.b. esse equale quadrato. c.d. est enim ex sexta harum quadratum. c.d. equale quadrato. d.b. & quadrato. b.c. & ei quod sit ex. d.b. in.b.c. bis, sed per primam harum ex. b.d. in. se & in.b.c. bis est quantu ex. b.d. in. d.a. Sunt enim a.c. & c.b. equalis: itaq; quadra' tu. c.d. superat id q' sit ex. b.d. in. d.a. in quadrato. c.b. quod est ppositu.

**C** Cum numerus in duo diuiditur quod sit ex toto in se cuius eo quod ex altero diuidentium in se: est equum ei quod ex toto in eum

dem bis cum eo quod ex altero in se.

**C** Idem pponit septima secundi de lineis. Sit enim numerus. a.diuisus i b. & d. dico quadratum. a. cum quadrato. d. tñ est quantum quod sit ex a. in d. bis cum quadrato. b. constat quidem ex sexta harum q' quadratum a. tantum est quantum quadratum. d. & quadratum. b. & quod sit ex. d. in b. bis: itaq; quadratum a. cu quadrato. d. tñ est quantum quod ex. d. bis in se. & bis in. b. cum quadrato. b. sed ex. d. bis in se & bis in. b. sit quantum ex d. bis in. a. per primam harum: ergo quod sit ex. d. bis in. a. cum quadrato b. est quantum quadratum. a. cum quadrato. d. quare patet propositum.

**C** Cum fuerit numerus in duo diuiditur ei q' equalis vni diuidetur additus: quadratus totius cōpositi equum est quadruplo eius quod sit ex priori in additum cum quadrato alterius.

**C** Idem pponit octava secundi de lineis. Sit numerus. a.b.diuisus in a. c. & c.b. cui addatur. b.d. qui ponatur equalis. c.b. dico quadratum. a. d. tantum esse quantum est id quod sit ex. a.b. in. b.d. quater cum qua'drato. a.c. est n'aq; per sextam h'ay quadratum. a.d. equum quadrato. a.b. & quadrato. b.d. & ei quod sit ex. a.b. in. b.d. bis: itaq; quadratum. b.d. est eq'le q'drato. c.b. erit q'dratu. a.d. eq'le q'drato. a.b. & q'drato. c.b. & ei q' sit ex. a.b. in. b.d. bis: per premissam autem est quadratum. a.b. cum qua'drato. c.b. quantum quadratum. a.c. cum eo quod sit ex. a.b. in. b.c. bis: itaq; quadratum. a.d. tantum est quantum quod ex. a.b. in. b.d. bis: & ex a.b. in. b.c. bis cum quadrato. a.c. & itaq; ex. a.b. in. b.c. tantum sit quantum in. b.d. constat verum esse quod propositum est.

**C** Cum fuerit numerus in duo equalia duorum: ineq'ualia diui'fus: quadrata ambo cum lequalinim pariter accepta dupl'is sunt quadrato medietatis & quadrato eius quo ineq'ualis portio exce'dit equali pariter acceptis.

